

Maciej Stanek

Uniwersytet Śląski w Katowicach

PUNCTA EX COMMENTARIO
NICOLAI TEMPELFELD DE BRZEG
IN *PARVA NATURALIA*: EDITIO CRITICA*

Codex BJ 1946, held in the Jagiellonian Library of Krakow, is an important source for studies on teaching in Krakow in the 15th century. The main part of its content is the so-called *puncta* which belong to a peculiar genre of scholastic literature noted for its extremely inelaborate form.

Although little is known about *puncta*-commentaries from secondary literature, it seems they were written by scholars for at least three purposes. Some of them were composed in order to present a register of issues necessary for the exams, playing the role of *syllabuses*. An example of this kind of *puncta* is a codex originating from Cologne, now held in Bayerische Staatsbibliothek of Munich with a shelfmark Clm 2971.¹ The note on the protective leaf (unnumbered) informs us about the purpose of the *puncta*:

In hoc libro continentur principalia puncta sive reperationes(!) pro gradu baccalaureatus et magisterii secundum viam sancti Thomae et [...] in Universitate Colloniensi 1482, quae solent quaeri in temptamine et examine in rubea camera etc. 1482.

Another type of *puncta* is supposed to be a workbook and such texts were often a revised edition of a lecturer's commentary. This kind of *puncta* was surely produced at the University of Krakow. For instance, Benedict Hesse's commentaries on Aristotle's *On the Soul* and *Physics* were rendered in this form. In the case of the latter, namely the *Puncta Physicorum*, they are presented as

*This paper is a result of the grant project financed by the National Science Center (Poland) under agreement No. UMO-2011/01/N/HS1/04410.

¹The codex contains *puncta* to *Categories*, *Hermeneutics*, *Prior Analytics*, *Posterior Analytics*, *Topics*, *Sophistical Refutations*, *Metaphysics*, *Meteorology*, *Physics*, *Politics*, *Economics*, *Ethics*, *On the Generation and Corruption* and *On the Heaven*.

quaestiones doctrinales rather than *quaestiones dialecticae*, which was the original form of Hesse's commentary, since they do not contain any dialectical discussion: the *Puncta* do not include the *rationes* and *ad rationes* sections but focus on doctrinal expositions and solutions to problems raised.²

Finally, some texts called *puncta* are excerpts from other works, only slightly changed and revised by their authors. When they are summaries of a question-commentary, each *punctum* contains nothing more than a question title, short response and rudimentary notes or conclusions taken from the original commentary and heavily abbreviated. Such *puncta* were surely written in Prague³ and Krakow.⁴

Despite differences in the purposes of their origin, all *puncta* have an obvious common feature: they are abbreviated and in some way revised versions of earlier works. The comparative analyses of *Puncta in Parva Naturalia* preserved in cod. BJ 1946, conducted during a preparation of this edition, prove that for them such a fundamental text can be found in the commentary of Nicolas Tempelfeld of Brzeg (1400–1474).⁵

² Cf. S. WIELGUS, *Benedykta Hessego "Quaestiones super octo libros 'Physicorum' Aristotelis."* Wstęp do edycji krytycznej, Lublin: Redakcja Wydawnictw KUL, 1983, p. 18; R. PALACZ, "Z problematyki badań nad filozofią przyrody w XV w. Część I," *Studia Mediewistyczne*, vol. 11 (1970), p. 106; M. KOWALEWSKA, "Quaestiones super octo libros 'Physicorum' Aristotelis" secundum Benedictum Hesse de Cracovia. Editio critica. Liber I, (Acta Mediaevalia, 6), Lublin: KUL, 1989, p. 10–15; M. MARKOWSKI, *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim. Studium z historii filozofii i nauk ścisłych na Uniwersytecie Krakowskim w XV wieku*, (Studia Copernicana, 2), Wrocław – Warszawa – Kraków – Gdańsk: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Wydawnictwo Polskiej Akademii Nauk, 1971, p. 378.

³ An example of this is cod. BJ 704 written in Prague at the end of the 14th century, which contains *puncta* (called in the list of contents on f. IIIv *quaestiones accurtatae* or *translationes*) to *Sophistical Refutations*, *Prior Analytics*, *Posterior Analytics* (*secundum Albertum de Saxonia*), *On the Soul* (*secundum pseudo-Johannem Buridanum*), *On the Heavens*, *On Ars Vetus* (*secundum Henricum Totting de Oyta*), *Physics*, *Parva naturalia* (*secundum Johannem Buridanum*) and *Metaphysics*.

In fact, the codex contains *puncta* to *Categories*, *Hermeneutics*, *Prior Analytics*, *Posterior Analytics*, *Topics*, *Sophistical Refutations*, *Metaphysics*, *Meteorology*, *Physics*, *Politics*, *Economics*, *Ethics*, *On generation and Corruption* and *On the Haevens*; cf. *Catalogus codicum manuscriptorum medii aevi qui in Bibliotheca Jagellonica Cracoviae asservantur*, vol. 5, edited by M. Kowalczyk, A. Kozłowska, M. Markowski et alii, Gdańsk – Wrocław – Warszawa – Kraków: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Instytut Filozofii i Socjologii Polskiej Akademii Nauk – Biblioteka Jagiellońska, 1993, p. 112.

⁴ An example of this is cod. BJ 1946, which is the subject of this paper, where *puncta* are also called *punctualia*.

⁵ Up to this date, secondary literature described *Puncta Parvorum Naturalium* only as *Cracovian* without any consideration concerning their source text; cf. M. MARKOWSKI, *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim*, p. 425.

THE COPY

The codex BJ 1946 was possessed and bound by John of Brzostków.⁶ He was supposed to have written the whole codex,⁷ since on f. 211v there is a suggestion of this fact:

Liber est Johannis de Brzosthkowo, baccalarii artium Universitatis Cracoviensis manu sua propria scriptus.

However, it appears that this information on the protective leaf was written before the binding of the codex and refers only to a part of it, since one can find two different types of handwriting: John wrote leaves 1–121, while another unknown scribe wrote leaves 122–209.

The composition date of the codex is ca. 1458 and this can be assessed on the basis of the date given in the colophon of another commentary from cod. BJ 1946, namely *Puncta in Artem Veterem*, on f. 88r:

1458. Iste liber scriptus per me, Johannem de Brzosthkowo, studentem pro tunc almae Universitatis Cracoviensis eo tempore quo rex Franciae volebat dare filiam regi Bohemiae sub tali condicione: si exstirpabis haereticos de tuo regno. Quod ipse volens explere, misit pro variis doctoribus ad disputandum cum eis moxque omnes haereticos doctores vicerunt, et immediate sunt reclusi ad carcerem, quod alii audientes haeretici ipsum mox intoxicaverunt, et ita decessit sub anno Domini 1458 octavo.

The manuscript contains *puncta* to *Ars Vetus* by John of Brzostków, to *Physics* by Andrew of Kokorzyn, anonymous *puncta* to *On the Heavens*, *On Generation and Corruption*, *Meteorology*, *Parva Naturalia* (*secundum Nicolaum Tempelfeld*), *Musica Muris*, *Arithmetics* and the so called *Auctoritates*.

THE AUTHORSHIP, TIME AND PLACE OF COMPOSITION

The *Puncta in Parva Naturalia* from cod. BJ 1946, composed on the basis of Nicholas Tempelfeld's commentary, were written by an anonymous scholar

⁶Johannes Johannis de Brzosthkowo matriculated in 1457 (cf. *Metryka Uniwersytetu Krakowskiego z lat 1400–1508*, vol. 1, edited by A. Gąsiorowski, T. Jurek, I. Skierska, Kraków: Towarzystwo Naukowe Societas Vistulana, 2004, p. 266); he earned a bachelor's degree in 1458 (cf. *Najstarsza księga promocji Wydziału Sztuk Uniwersytetu Krakowskiego z lat 1402–1451*, edited by A. Gąsiorowski, T. Jurek, I. Skierska, Warszawa: Instytut Historii Polskiej Akademii Nauk, 2011, p. 223).

⁷In secondary literature there is also an implicit suggestion indicating John as the author of all the *puncta* in BJ 1946; cf. M. WISZNIEWSKI, *Historia literatury polskiej*, vol. 3, Kraków: nakładem autora, 1841, p. 223.

in Krakow no earlier than 1458. It is impossible to precisely establish both the time of origin and the authorship of this work.

As for the authorship, one may risk the hypothesis that John of Brzostków is the author, since he is mentioned in the colophon at least as the copist of the entire codex. As pointed out above, however, the information from the colophon cannot be accepted as trustworthy on any account. It should be noted that the copy seems to be indirect, i.e., it was not based on Nicholas' text directly, because it contains too many mistakes (both corrected and not corrected).⁸ In fact, it appears that it is actually a copy of an earlier edition of these *puncta* and thus the author of the original *puncta* still remains anonymous.

Regarding the time of composition, *Puncta...* were written in 1432–1458. The *terminus ante quem* for their origin is assumed on the basis of the date when *Puncta Veteris Artis* contained in BJ 1946 were finished, as confirmed by the colophon in f. 88r with the date 1458. The *terminus non ante quem* is established only approximately, taking into account the probable time Nicholas wrote his commentary, i.e., 1432.⁹

THE LEVEL OF DEPENDENCE ON NICHOLAS' COMMENTARY

The *Puncta...* contain excerpts from 27 out of 73¹⁰ questions from Nicholas' commentary. The order has been changed: while Nicholas follows the sequence of books known from the *corpus Aristotelicum* (i.e., *Prooemium*, *De sensu*, *De memoria*, *De somno*, *De longitudine*, *De morte*, *De inspiratione*, *De iuventute*), *Puncta...* does not seem to have any deliberate order, which is as follows: *De morte*, *De inspiratione*, *De iuventute*, *De longitudine*, *De somno*, *Prooemium*, *De sensu*, *De memoria*. This may indicate that the *Puncta...*'s order coincided with the order of lectures or exercises on that subject, for according to the *Statuta* of the University of Krakow, the treatises on *Parva Naturalia* were not lectured in any traditionally arranged order, since they are all mentioned under a common title without further division into separate treatises.

Frequently, the main part of each *punctum* is a general note from Nicholas' corresponding question. Sometimes there are also notes taken from his *dubitationes*. In general, the doctrine of *Puncta...* is the same as Nicholas': the text of *Puncta...* seems to be only slightly edited and revised version of his commentary. A good example of this can be found in the first note of IV, 2:

⁸ All the mistakes are pointed out in the apparatus of the edition.

⁹ Cf. M. MARKOWSKI, *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim*, p. 202.

¹⁰ The number of Nicholas' questions is established on a basis of one of the copies of his commentary: Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 2097. It does not cover commentaries on *De motu cordis* (2 questions) and on *Physiognomia* (17 questions), for these were not abbreviated in *Puncta...*

Puncta...

Notandum. Causa vitae dicitur illud quod >conservans< <conservat vivens> in suo esse et facit ad exercendum operationes vitales debitas naturae suae. Sed causa longitudinis vitae dicitur illud quod diutius conservat vivens in suo esse et diutius iuvat ad hoc quod tale vivens exer- cet suas operationes vitales. Et tale conservans in vivente est duplex, scilicet principale, ut anima, et instrumentale seu disponens tantum — est illud quod disponit materiam pro receptione animae et ad conservationem ipsius in materia.

Nicholas Tempelfeld

Pro quo nota. Illud dicitur causa vitae quod conservat vivens in esse suo et facit ad exercendum operationes vitales. Et illud dicitur causa longioris vitae quod diutius conservat vivens in suo esse et diutius iuvat ad hoc quod tale vivens exer- ceat operatio- nes vitales. Tale autem conservans est duplex, scilicet principale et instrumentale vel dispositivum. Principale conservans est anima, sed instrumentale est illud quod disponit materiam pro receptione animae et ad conservationem ipsius animae in materia.

In detail, however, there are some differences between these two texts, both in style and substance.

First of all, there are four passages of *Puncta...* that have not been found in Nicholas' work, namely:

1) *dubitatio* in IV, 2:

Sed dubitaret aliquis: nullum accidens est causa vitae; sed calidum et humidum sunt accidentia; igitur... Nota. Duplex est accidens: aliud activum et passivum, aliud nec activum nec passivum. Modo tunc dicitur quod accidens quod nec est activum nec passivum non est causa sui subiecto etc.

2) *notabile* in IV, 3:

Sed dubitaret aliquis: nullum accidens est causa vitae; sed calidum et humidum sunt accidentia; igitur... Nota. Duplex est accidens: aliud activum et passivum, aliud nec activum nec passivum. Modo tunc dicitur quod accidens quod nec est activum nec passivum non est causa sui subiecto etc.

3) *notabile* in VI, 6:

Nota. Non semper contrariorum contrariae sunt causae. Patet de caliditate et frigiditate, quia ambae inducant; sic visus percipit diversos colores per species oppositas.

4) *dubitatio* in VII, 8:

Sed dubitaret aliquis: memoria et aliae virtutes non senescunt. Patet, quia corpus componitur ex elementis, et elementa sunt aeterna, quia non >ses< senescunt. Respondetur quod elementa in suis sphaeris sunt aeterna, sed in mixtis non sunt aeterna. Similiter si dicitur: materia est aeterna, igitur et compositum ex materia

et forma est aeternum, scilicet corpus. Tenet consequentia, quia partes sunt aeternae, igitur et totum. Respondetur: materia prima est aeterna, sed non formis informata. Et sic est aeterna entitative et non subiective.

Moreover, all the marginal glosses seem to be an independent text, too. It is worth noting that there are only five, very short glosses: one in *De somno* (V, 3), where its purpose seems to be a clarification of the title, and four in *De sensu* (VI, 1–4), where they concern a *medium* of each sense.

Furthermore, some passages of *Puncta...* are contradictory to Nicholas' opinions or lead to different conclusions. This is visible, for example, in III, 1, where the author of *Puncta...* does not refer to Aristotle's text at all while presenting possible definitions of youth and old age and considerably modifies Nicolas' doctrinal solutions:

<i>Puncta...</i>	Nicholas Tempelfeld
Notandum.	Pro quo nota.
Iuventus est compositio complexionalis existens in sufficienti calido et humido in ordine ad mensuram temporis.	Iuventus secundum PHILOSOPHUM definitur sic: "est augmentatio primae refrigerativae particulae"; et per oppositum senectus. Et hoc elicitur ex littera sic, quia iuventus et senectus tenent se principaliter ex parte corporis propter quod PHILOSOPHUS in primo <i>De anima</i> dicit: "si senex haberet oculos ut iuvenes, videret ut iuvenes." Secundo sequitur quod iuventus et senectus tenent se ex parte corporis potentiae vegetativae augmentativae, et ergo dicitur augmentatio.
Vel sic: iuventus est habitudo corporis naturalis viventis secundum quod virtus nutritiva est innata illud corpus augere.	Aliter definitur sic: iuventus est quaedam compositio complexionis existens sub sufficienti calido et humido in ordine ad mensuram temporis.
Sed senectus est compositio complexionis existens sub defectu calidi et humidi.	Vel sic: iuventus est habitudo naturalis corporis viventis secundum quam virtus nutritiva est nata illud corpus augere.
Vel sic: est habitudo naturalis corporis viventis secundum quam virtus nutritiva est innata diminuere ipsum corpus. Pro quo nota.	Sed senectus est quaedam compositio vel habitudo corporis naturalis viventis secundum quam virtus nutritiva est nata diminuere corpus viventis. [...] Et secundum hoc etiam status iuventutis potest definiri: est habitudo corporis viventis secundum quam

virtus nutritiva est nata tenere corpus in eodem statu, puta sine augmentatione naturali seu sine diminutione.

EDITORIAL RULES

1. The edition was based on the comentary's sole copy: Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 1946. Due to the fact that the text is not very studious and contains numerous mistakes, some corrections were needed. If possible, emendations from Nicholas Tempelfeld's text were used. Where necessary, conjectures were also made by the editor. All the additions are given in brackets <>.

2. There are two apparatuses in the edition:

a) *fontium*, which contains the identification of direct quotations of the source texts and the corresponding fragments of Nicholas' work. Nicholas' commentary has been transcribed solely on the basis of Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 2097;

b) *criticus*, which shows all the mistakes made by the scribe and indicates the location of the glosses.

3. The spelling was classicised, e.g. the spelling of following words has been changed:

exalo] exhalo
 colericus] cholericus
 fantasior] phantasior
 fantasia] phantasia
 fantasma] phantasma
 olefactus, ollefactus] olfactus
 mamila] mamilla
 dyafanum] diaphanum
 spera] sphaera
 famella] femella
 distingwo] distingo
 sompnum] somnum
 sompnium] somnium
 redduco] reduco

Nota bene: the anatomical names have not been standardised (e.g. cartago — cartillago).

4. The marginal glosses were incorporated into the main text of the edition and marked by smaller font, for they are only additions and, for that reason, they are unnecessary to understand the entire text correctly.

*DESCRIPTIO MANUSCRIPTI*¹¹

Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 1946

Lat., saec. XV (non post 1457), cm 21 × 15, ff. 211+I (Iv, 122r–123v, 210r–211r vacua), pluribus manibus exaratus; notae possessoris in integ. sup. int.: “Liber veteris artis comparatus per me, Johannem Brzosthkowszky,” IBIDEM: “Intitulatus sub venerabili viro Rotemberg anno Domini 1457 commutatione aestivali,” f. 211v (inter probationes pennae): “Liber est Johannis de Brzosthkowo, baccalarii artium Universitatis Cracoviensis manu sua propria scriptus”; f. Ir: Probationes pennae, inter quas etiam nota possessoris (“Johannes de Brzostkowo”) et register contentorum (“In isto volumine continentur ista. Et primo | Punctualia veteris artis | punctualia de *Caelo et mundo* | de *Generatione et corruptione* | *Puncta Meteororum* | *Puncta De pomo et morte* | *Parvorum Naturalium* | *De inspiratione et respiratione* | *De iuventute et senectute* | *De longitudine et brevitate vitae* | *De sensu et sensato* | *Politicorum* | *Puncta Physicorum*”).

1.

1r–88r: JOHANNES DE BRZOSTKÓW, *Puncta in Artem Veterem*

1r–20r: *Isagoge Porphyrii*

Utrum in unoquoque praedicamento sint quaedam generalissima et quaedam specialissima? Respondetur quod sic per textum, ubi dicitur: planum autem... × ...Item, praedicatio directa ulterius dividitur in quid et in quale. In quid sicut: ‘homo est animal’; in quale sicut: ‘homo est risibilis.’

Explicit Porphyrii liber per me Johannem Brzosthkowszki.

20v–60v: *Praedicamenta Aristotelis cum recapitulationibus* (f. 59v–60v)

Circa initium libri *Praedicamentorum* primo quaeritur quid sit subiectum libri *Praedicamentorum*. Respondetur, ut communiter dicitur, quod ly ‘praedicamentum,’ quod etiam dicit Albertus et Simplicius. Pro quo notandum.

¹¹ Although the manuscript has already been partially described, the description presented here should be seen as a revision of the previous findings based on the author’s own research; cf. M. MARKOWSKI, *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim*, p. 283; M. MARKOWSKI, Z. WŁODEK, *Repertorium commentariorum medii aevii in Aristotelem Latinorum quae in Bibliotheca Jagellonica Cracoviae asservantur*, Wrocław – Warszawa – Kraków – Gdańsk: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Wydawnictwo Polskiej Akademii Nauk, 1974, p. 81–83.

Praedicamentum sumitur tribus modis... × ...partes eius aliquotae sunt unum, duo, tria etc. Modo tria et duodecim erunt quindecim, et sic de aliis. Sequitur *Peri hermeneias*.

Explicit hoc totum. Kachnycho myla da michi etc.¹²

61r–88r: *De interpretatione Aristotelis*

Circa initium libri *Peri hermeneias* primo quaeritur quid sit subiectum eius. Et ibi respondetur quod de hac materia sunt opiniones. Nam secundum sanctum Thomam et Simplicium interpretatio est hic subiectum... × ...Respondetur quod hoc intelligitur ad sensum improprium sic, id est opiniones contrariae sunt de vero vel falso.

Et sic est finis. Pro quo sit Deus benedictus in saecula saeculorum amen.

1458. Iste liber scriptus per me, Johannem de Brzosthkowo, studentem pro tunc almae Universitatis Cracoviensis eo tempore quo rex Franciae volebat dare filiam regi Bohemiae sub tali condicione: si exstirpabis haereticos de tuo regno. Quod ipse volens explere, misit pro variis doctoribus ad disputandum cum eis moxque omnes haereticos doctores vicerunt, et immediate sunt reclusi ad carcerem, quod alii audientes haeretici ipsum mox intoxicaverunt, et ita decessit sub anno Domini 1458 octavo.

2.

89r¹³–121v: ANDREAS DE KOKORZYN, *Puncta in Physicam (expositio brevis cum quaestionibus)*

Nota recapitulationum totius libri *Physicorum*. Primo ergo notandum quod in toto libro *Physicorum* determinatur de ente mobili in generali vel prout consequitur... × ...mensurabilis tunc esset limitabilis quod est falsum. Cum hoc stat quod primus motor est divisibilis improprie et haberet magnitudinem improprie, ut declaratum est. Ipse etiam est simplex carens omni compositione, quia sua omnipotenti indivisibilitate mensurabilis in valle lacrimosa lucis fulgure de gentibus hic phalum gratiae luminosam et in patria praemium gloriae rutilosum largire dignetur, cuius imperium sine fine stat. Amen.

Expliciunt *Puncta Physicorum* Kokorzyny.

¹²There is a note written in red below, which starts with the phrase: “Quisquis causidici non idiguit...” Due to the fact that this page is partially damaged, the text is not fully legible. It is worth noting that two out of seven verses that can be read there come from *Laborintus* by Evrard of Bethune.

¹³On f. 88v, there are some notes concerning general issues from Aristotle’s *Physics*, starting with: “Nota: subiectum libri *Physicorum* assignatur ens mobile; vel potius dicamus secundum Avicennam et secundum Albertum Magnum quod in libris *Physicorum* sit subiectum corpus mobile.”

3.

121v: ANONYMUS, *Puncta in Arithmetica*

Arismetrica(!). Numerus numeralis metaphysicus, numerus par, numerus impar... × ...multiplex etc., ut patet in littera.

4.

121v: ANONYMUS, *Puncta in Musicam Muris*

Musica Muris. Musica est consonantia dissimilium inter se vocum in unum simul reducta(!) concordia... × ...Item, perspectiva scientia de radiis rerum visibilium.¹⁴

5.

124r–142r: ANONYMUS, *Puncta in De caelo et mundo Aristotelis*

Circa initium *De caelo et mundo*. In isto libro totali determinatur de ente mobili ad ubi. Et habet quattuor libros: primus de mundo secundum se totum, secundus de corporibus caelestibus... × ...Item notandum quod quodlibet elementum potest immediate in quodlibet aliud transmutari ad hoc sensum quod quaelibet pars quantitativa cuiuslibet elementi, quantum est ex natura sua, potest immediate in cuiuscumque alterius elementi speciem transmutari etc.

6.

142v–150r: ANONYMUS, *Puncta in Meteorologicam Aristotelis*

Circa initium *Metheororum* quaeritur quid sit philosophia. Philosophia est divinarum huma<na>rumque rerum cognitio cum studio bene vivendi coniuncta. Pro illo nota. Res divina potest dici tripliciter... × ...Liber quartus tractat de illis quae secuntur(?) mixta perfecta. Et habet quattuor tractatus.¹⁵

7.

150v–152v: ANONYMUS, *Puncta in Parva Naturalia Aristotelis ex commentario Nicolai Tempelfeld de Brzeg*

¹⁴There is a scheme of subjects of the following works below: *Musica, Astronomia, Perspectiva, Mathematica*.

¹⁵There are two schemes below: 1) “Quinque sunt potentiae animae...;” 2) “Duo sunt actus in appetitu...”

150v: *De morte et vita*

Sequuntur *Parva Naturalia*, et primo liber *De vita et morte*. Utrum aliqua mors sit naturalis? Notandum est quod mors est corrupto(!) viventis. Et talis corruptio est duplex... × ...et sic spiritus generati exhalant et dimittunt corpus mortuum; igitur hoc est naturale ultimo modo, quod fit secundum cursum naturae.

150v: *De inspiratione et respiratione*

Et liber *De inspiratione et respiratione*. Inspiratio est attractio aeris ad cor propter eius refrigerium... × ...si calidum non temperaretur per refrigerium, ipsum cito consumeret humidum, et sic sequitur mors.

150v: *De iuventute et senectute*

Liber *De iuventute et senectute*. Utrum iuventus fundatur in calido et humido, et senectus in frigido et sicco? Respondetur quod sic. Ratio quia in illo consistit iuventus in quo consistit vita... × ...et constrictionem factus ad refrigerationem vel infrigidationem innati caloris ad digestionem superfluitatum et humoris.

150v–151r: *De longitudine et brevitate vitae*

Sequitur liber *De longitudine et...* Liber *De longitudine et brevitate vitae*. Utrum de longitudine et brevitate vitae possit esse scientia? Respondetur quod sic, quia brevitatis et longitudo vitae habent principia et causas, ergo de eis est scientia... × ...Nulla mulier est cholericus in comparatione ad virum, sed bene ad aliam, quia quilibet vir est calidior, cuius signum est lac.

151r–151v: *De somno et vigilia*

Liber *De somno et vigilia*. Notandum est quod scientia *De somno et vigilia* est distincta a scientia *De sensu et sensato*, quia ibi non determinatur de actu sentiendi, sed solum de organo sensuum... × ...Aliquando huiusmodi meatus sunt occupati fumis impediens species, et tunc non fiunt somnia.

151v: *Nota prooemialis Parvorum Naturalium*

Conditiones(!) viventium. Sunt autem quae communia sunt animae et corpori, scilicet vita, sensus, memoria, timor, desiderium, appetitus, gaudium et tristitia, spes et dolor... × ...insunt aliquibus, sicut respiratio, exspiratio, mors et vita.

151v–152v: *De sensu et sensato*

Sequitur liber *De sensu et sensato* etc. Sequitur liber *De sensu et sensato*. Notandum est. Organum olfactus est quaedam subtilis cartago situata in extremitate nasi iuxta cerebrum... × ...Et sic est aeterna entitative et non subjective.

152v: *De memoria et reminiscencia* (incompletus)

Memoria capitur quattuor modis. 1. Pro virtute memorativa principali, et est ipsa animamet... × ...Primum repraesentativum est res alias cognita...

8.

153r–153v: ANONYMUS, *Auctoritates Politicae, Physicae et Ethicae Aristotelis*

Primus *Politicorum*. Omofisios dicitur id quando aliqui comedunt unum... × ...est genus avium.

9.

154r–166v, 181v–209v: PSEUDO-BEDA VENERABILIS, *Auctoritates ex libris Aristotelis et aliorum auctorum*

A Deo dependet caelum et tota natura (XII^o *Metaphysicae*). Ista intelligitur sic: in conservari et non in fieri... × ...Etiam 12 *Metaphysicae* dicitur: “ab hoc quidem ente, scilicet a Deo dependet caelum et terra, tota natura.” Ad cuius quidem principis independentis cognitionem limpidissam dignetur nos dirigere Spiritus Sancti gratia, ut sic cognoscentia(?). Amen.

Expliciunt Auctoritates philosophorum per Bartholomeum de Kobilino regrossatae.¹⁶

10.

167r–181v: ANONYMUS, *Textus grammaticus spectans ad Donatum et Priscianum*

Qui nescit artes [partes] in vanum tendit ad artes; artes post partes non partes disco per artes. Cuius partes orationis sunt... × ...pronomen congrue est propositionabile(?).

¹⁶There are some notes below, starting with a note: “Item, si substantia esset genus generalissimum sequeretur quod Deus poneretur in praedicamento...”

<ANONYMUS>
 <PUNCTA EX COMMENTARIO>
 <NICOLAI TEMPELFELD DE BRZEG>
 <IN PARVA NATURALIA>

150v

<I>

SEQUUNTUR *Parva Naturalia*, ET PRIMO LIBER *De vita et morte*

<1>

Utrum aliqua mors sit naturalis?

Notandum est quod mors est corruptio viventis. Et talis corruptio est duplex. 5
 Quaedam violenta quae fit a corrumpente extrinseco, ut decollatio. Alia natu-
 ralis quae fit a principio intrinseco, scilicet propter defectum humidi ex quo
 debent generari spiritus, vel etiam <propter> defectum calidi, quod deberet ge-
 nerare spiritus. Et talis potest dici naturalis de causa primo modo dicta, quia
 fit a natura; sed alio modo, quia fit secundum cursum naturae. Ultimo modo 10
 intelligitur hic quaestio.

Tunc dicitur: aliqua mors est naturalis ad hunc sensum, quia aliqua mors fit
 secundum cursum naturae. Patet, quia quanto vivens fit magis antiquum, tanto
 magis humidum radicale fit impurius; sed ad huiusmodi impuritatem remitti-
 tur naturalis calor et redditur impotens generare novos spiritus, et sic spiritus 15
 generati exhalant et dimittunt corpus mortuum; igitur hoc est naturale ultimo
 modo, quod fit secundum cursum naturae.

5 corruptio] corrupto *ms.* 14 impuritatem] puritatem *ms.* 15 novos] nervos et *ms.*

5–11 Notandum... quaestio] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De morte*, qu. 5, f. 79r: “Notandum. Mors est corruptio viventis. Et talis corruptio potest esse duplex. Quaedam violenta, et est quae fit a corrumpente extrinseco, ut decollatio. Alia est mors naturalis, et est quae fit a principio intrinseco, scilicet propter defectum humidi ex quo debent generari spiritus, vel ex(!) effectum calidi deberet generare spiritus. Et talis potest dici naturalis duplici de causa. Uno modo quia fit a natura; alio modo quia fit secundum cursum naturae. Ultimo modo intelligitur quaestio.”
 12–17 Tunc dicitur... naturae] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De morte*, qu. 5, f. 79r: “Tunc dicitur ad quaestionem quod aliqua mors est naturalis ad hunc sensum, quod aliqua mors <est> secundum determinatum cursum naturae. Patet, quia quanto vivens fit magis antiquum, tanto magis humidum radicale fit impurius. Sed ad huiusmodi impuritatem remittitur calor naturalis et redditur impotens generare novos spiritus, et sic spiritus generati exhalant et dimittunt cor(!) mortuum. Et sic haec est mors ultimo modo, eo quod fit secundum debitum cursum naturae, igitur etc.”

<II>

ET LIBER *De inspiratione et respiracione*

20

<1>

Inspiratio est attractio aeris ad cor propter eius refrigerium. Exspiratio est aeris attracti ad cor emissio. Respiratio est aggregatum ex ambabus.

<2>

25

Utrum omne vivens ad salutem vitae
indigeat refrigerio caloris naturalis?

Respondetur quod sic.

30

Nota. Vita consistit in calido et humido, ergo omne <vivens> debet habere calidum et humidum, et quia inter illa calidum est magis activum (ex libro *Metheorum*, et hinc quod si calidum non temperaretur per refrigerium, ipsum cito consumeret humidum, et sic sequitur mors.

<III>

LIBER *De iuventute et senectute*

<1>

35

Utrum iuventus fundatur in calido et humido
et senectus in frigido et sicco?

40

Respondetur quod sic. Ratio, quia in illo consistit iuventus in quo consistit vita; sed sic est de calido et humido; igitur... Maior patet in littera. Ratio secundi: in illo consistit senectus in quo consistit mors; sed mors consistit in frigido et sicco, id est in siccitate et frigiditate; igitur... Maior patet in littera, eo quod senectus est quaedam dispositio ad mortem.

29 hinc] *sc.* hinc sequitur 37 littera] eo quod senectus *add. sed exp.*

21–22 Inspiratio... ambabus] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De inspiratione*, qu. 2, f. 80v: “Item sciendum. Respiratio est attractio aeris vel eius emissio ad refrigerium cordis et caloris eiusdem. Unde respiratio est commune ad inspirationem et expirationem. Sed inspiratio est attractio aeris seu ingressus ad pectus vel ad cor, et fit per elevationem pulmonis. Sed exspiratio est egressus vel emissio aeris a corde. Et sic ista tria: exspiratio, inspiratio et respiratio dicuntur a ‘spirando’ vel a ‘spiritu’, eo quod aer propter sui subtilitatem frequenter dicitur spiritus.” 27–30 Nota... mors] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De inspiratione*, qu. 1, f. 80r: “Pro quo nota. Sicut patet ex dictis, tunc vita consistit in calido et humido, et hinc est quod omne vivens debet habere calidum et humidum, et quia inter illa calidum est magis activum (ex IV *Metheorum*). Et hinc est quod si calidum non temperaretur per frigidum, ipsum cito consumeret humidum, et sic sequeretur mors.” 28–29 ex libro *Metheorum*] Cf. ARISTOTELES, *Meteorologica*, IV, 1, 378b10 *et sqq.* 37 patet in littera] Cf. ARISTOTELES, *De iuventute*, 4, 469b17–21; *IBIDEM*, 10, 475b15 *et sqq.* 39 Maior... littera] Cf. ARISTOTELES, *De iuventute*, 17, 478b22 *et sqq.* 37–40 de calido... mortem] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De iuventute*, qu. 2, f. 84r: “Ex littera elicitor quod sic. Et ratio, quia in calido et humido consistit vita, ergo iuventus, quia idem est principium vitae et iuventutis ex littera; sic senium consistit in frigido et sicco, ergo senes sunt multum rugosi.”

Notandum. Iuventus est compositio complexionalis existens in sufficienti calido et humido in ordine ad mensuram temporis. Vel sic: iuventus est habitudo corporis naturalis viventis secundum quod virtus nutritiva est innata illud corpus augere. Sed senectus est compositio complexionis existens sub defectu calidi et humidi. Vel sic: est habitudo naturalis corporis viventis secundum quam virtus nutritiva est innata diminuere ipsum corpus. 45

Notandum est. Lapides et similia non dicuntur proprie senescere vel iuvenescere, vel senia vel iuvenescentia, licet habent frigiditatem et siccitatem, sed improprie, quia illa sunt passiones corporis viventis.

<2>

50

Utrum pulsus in iuuenibus sit fortior quam in senibus?

Respondetur quod sic, quia in illis pulsus est fortior, in quibus calor est fortior et humidum est magis calefactivum; sed hoc est in iuuenibus; igitur... Maior patet, quia magna caliditas et humidum rarefactivum sunt causae magni pulsus, eo quod ista faciunt magnam elevationem in corde. Sed minor patet, quia iuvenes sunt multum calidi et humidi, sed calidum rarefacit humidum sibi coniunctum et potest ipsum convertere in spiritus. 55

49 illa] sc. iuventus et senectus 53 calefactivum] rarefactivum ms.

41–46 Notandum... corpus] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De iuventute*, qu. 1, f. 83v: “Pro quo nota. Iuventus secundum PHILOSOPHUM definitur sic: »est augmentatio primae refrigerativae particulae«; et per oppositum senectus. Et hoc elicitur ex littera sic, quia iuventus et senectus tenent se principaliter ex parte corporis propter quod PHILOSOPHUS in primo *De anima* dicit: »si senex haberet oculos ut iuvenes, videret ut iuvenes«. Secundo sequitur quod iuventus et senectus tenent se ex parte corporis potentiae vegetativae augmentativae, et ergo dicitur augmentatio. Aliiter definitur sic: iuventus est quaedam compositio complexionis existens sub sufficienti calido et humido in ordine ad mensuram temporis. Vel sic: iuventus est habitudo naturalis corporis viventis secundum quam virtus nutritiva est nata illud corpus augere. Sed senectus est quaedam compositio vel habitudo corporis naturalis viventis secundum quam virtus nutritiva est nata diminuere corpus viventis. [...] Et secundum hoc etiam status iuventutis potest definiri: est habitudo corporis viventis secundum quam virtus nutritiva est nata tenere corpus in eodem statu, puta sine augmentatione naturali seu sine diminutione.” 47–49 Notandum... viventis.] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De iuventute*, qu. 1, f. 83v: “Ex hoc sequitur quod iuventus et senectus proprie conveniunt animatis. Et sic lapides proprie non proprie habere iuventutem et senectutem, quia ibi proprie non attenditur complexio.” 52–57 quod sic... spiritus] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De iuventute*, qu. 4, f. 85r: “Et dicitur quod sic. Et ratio est, quia in iuuenibus est fortior calor, et humidum magis rarefactivum, quae sunt causae pulsus, quia istae duae causae maximam faciunt elevationem cordis et e converso deprimitur valde et fit magnus pulsus. Secundo patet hoc, quia in iuuenibus membra sunt melius disposita, sicut pulmo est magis rarefactivum levis ratione spirituum et in senibus contractus, et sic non potest bene elevari.”

Pro quo nota quod pulsus est motus cordis et artherearum secundum dilata-
 tionem et constrictionem factus ad refrigerationem vel infrigidationem innati
 60 caloris ad digestionem superfluitatum et humoris.

<IV>

SEQUITUR LIBER

151r

De longitudine et... LIBER De longitudine et brevitate vitae

<1>

65 Utrum de longitudine et brevitate vitae possit esse scientia?

Respondetur quod sic, quia brevitatis et longitudo vitae habent principia et causas,
 ergo de eis est scientia. Consequentia tenet, quia hoc requiritur ad scientiam.

Duplices sunt causae longitudinis et brevitatis vitae

– intrinsecae

- 70 – principales
 – calidum, frigidum
 – humidum, siccum
 – instrumentales
 – potus, cibus
 75 – digestio, decoctio

– extrinsecae

- principales
 – sphaerae caelestes
 – instrumentales
 80 – locus continens in quo quis est

58–59 dilatationem] dialationem *ms.* 60 humoris] *forsitan rectius humorum* 75 decoctio]
 dectio(!) *ms.*

58–60 Pro quo... humoris] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De iuventute*, qu. 4, f. 85r-85v: “Pro quo nota. Pulsus est motus cordis et artherearum secundum dilatationem et constrictionem factus ad infri|gidationem caloris innati et ad digestionem superfluitatum et humorum.” 66–80 Respondetur... est] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De longitudine*, qu. 1, f. 70v: “Respondetur quod sic, quia longitudo et brevitatis vitae habent principia et causas, igitur de eis est scientia. Tenet consequentia. Sed antecedens probatur, quia duplices sunt causae longitudinis et brevitatis vitae: quaedam intrinsecae, quaedam extrinsecae. Intrinsecae sunt duplices: quaedam principales (ut calidum, humidum), quaedam instrumentales (ut cibus et potus, digestio). Causae vero extrinsecae sunt dupices: quaedam principales et per se (sicut sphaerae supercaelestes secundum aliam et aliam influentiam), quaedam instrumentales (sicut continens).”

<2>

Utrum calidum et humidum sunt causae longae vitae?

Notandum. Causa vitae dicitur illud quod conservat vivens in suo esse et facit ad exercendum operationes vitales debitas naturae suae. Sed causa longitudinis vitae dicitur illud quod diutius conservat vivens in suo esse et diutius iuvat ad hoc quod tale vivens exercet suas operationes vitales. Et tale conservans in vivente est duplex, scilicet principale, ut anima, et instrumentale seu disponens tantum — est illud quod disponit materiam pro receptione animae et ad conservationem ipsius in materia. 85

Tunc respondetur quod calidum et humidum sunt causae longae vitae. Ratio, quia illae sunt causae vitae quibus positus ponitur longa vita et quibus corruptis corrumpitur longa vita; sed calidum et humidum sunt huiusmodi; igitur etc. Maior nota, quia cum deficit caliditas et humiditas, sequitur mors, ut patet in senibus qui sunt frigidi et sicci naturaliter. Et intelligitur de calore temperato et non excessivo etc. 90 95

Notandum. Licet in animali calor naturalis agit in humidum radicale ipsum consumendo, tamen e converso restauratur per humidum adveniens de nutrimento.

Sed dubitaret aliquis: nullum accidens est causa vitae; sed calidum et humidum sunt accidentia; igitur... Nota. Duplex est accidens: aliud activum et passivum, aliud nec activum nec passivum. Modo tunc dicitur quod accidens quod nec est activum nec passivum non est causa sui subiecto etc. 100

83 conservat vivens] conservans *ms.* 84 longitudinis] *forsitan rectius* longioris

83–89 Notandum... materia] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De longitudine*, qu. 2, f. 71r: “Pro quo nota. Illud dicitur causa vitae quod conservat vivens in esse suo et facit ad exercendum operationes vitales. Et illud dicitur causa longioris vitae quod diutius conservat vivens in suo esse et diutius iuvat ad hoc quod tale vivens exercet operationes vitales. Tale autem conservans est duplex, scilicet principale et instrumentale vel dispositivum. Principale conservans est anima, sed instrumentale est illud quod disponit materiam pro receptione animae et ad conservationem ipsius animae in materia.” 90–95 Tunc... etc.] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De longitudine*, qu. 2, f. 71r–71v: “Tunc dicitur ad quaestionem | quod calidum et humidum sunt causae longae vitae. Probatur sic: illa sunt causae vitae quibus positus ponitur longa vita et quibus corruptis corrumpitur vita; sed calidum et humidum sunt huiusmodi. Maior nota. Et minor probatur, quia cum deficit caliditas et humiditas, sequitur mors, ut patet in senibus qui sunt frigidi et sicci, igitur etc.” 96–98 Notandum... nutrimento] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De longitudine*, qu. 2, f. 71v: “Sed dubitatur: illud non est causa vitae quod est consumptivum vitae et desiccativum humiditatis; sed calidum est huiusmodi. Probatur minor per PHILOSOPHUM in *De problematibus* dicentem quod calidum est desiccativum; et etiam patet ad sensum. Maior autem patet, quia per consumptionem humidi consumitur vita, ut patet de consumptione luminis seu candelae consumpto oleo. [...] Tunc dicitur ad argumentum quod licet in animali calor naturalis agit in humidum radicale ipsum consumendo, tamen e converso restauratur per humidum veniens a nutrimento. Aliter dicitur concedendo maiorem et minorem de calido excellenter se habentem respectu humiditatis. Modo calidum quod est causa longae vitae non debet esse quantumlibet calidum, sed temperate, et etiam debet intelligi de calido intrinseco.”

<3>

Utrum masculi sunt longioris vitae femellis?

105 Respondetur quod a natura, a complexione masculi sunt longioris vitae femellis. Ratio: in quibus est plus de calore naturali et humido, illa complexio est longioris vitae; sed masculi sunt huiusmodi; igitur... Probatur, quia frigidissimus vir est calidior calidissima muliere.

110 Notandum est. Nulla mulier est cholericus in comparatione ad virum, sed bene ad aliam, quia quilibet vir est calidior, cuius signum est lac.

<V>

LIBER *De somno et vigilia*

<1>

115 Notandum est quod scientia *De somno et vigilia* est distincta a scientia *De sensu et sensato*, quia ibi non determinatur de actu sentiendi, sed solum de organis

114 quod] liber *add. sed exp.*

104–108 Utrum masculi... muliere] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De longitudine*, qu. 4, f. 74r–74v: “Dubitatur: utrum masculi sunt longioris vitae femellis? Pro quo nota quod a natura et complexione masculi sunt longioris vitae femellis, quod patet ex eo, quia ad longam vitam requiritur caliditas; sed mulieres sunt malae digestionis. Etiam in quibus plus est de humido naturali et calore, illi sunt longioris vitae; sed sic est in masculis. Minor patet, quia frigidior vir est calidior calidissima muliere quantum ad partes principales, scilicet cor et hepar, ut patet ex *De animalibus*; sed caliditas digerit humidum et facit ipsum magis aereum, et in isto consistit vita longa, et ergo masculi sunt longioris vitae femellis.” 114–119 Notandum est... corporis] *In textu Nicolai Tempelfeld illa nota non pertinet ad primam quaestionem libri De somno et vigilia, sed ad prooemium Parvorum Naturalium, ubi de divisionibus illius partis scientiae naturalis necnon de eius subiecto determinatur. Sed quomodo Nicolaus dicit de distinctione scientiae De anima a scientia Parvorum Naturalium, etiam non dicit in speciali de distinctione scientiae De somno et vigilia a scientia De sensu et sensato, ut hic videtur*; cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In Parva Naturalia*, Prooemium, f. 1r–1v: “Pro quo ulterius est advertendum quod inter alias partes philosophiae naturalis una pars est de rebus animatis, quae dividitur in tres partes principales. Prima est de anima et de eius potentiis, et operationibus, et convenienter de sensibus et sensationibus; et ista traditur in libro *De anima*. Alia est de sensationibus communibus corporis et animae quae tenent se <ex> parte corporis, de qua est hic ad propositum. Tertia est | de corporibus animatis in speciali, descendendo ad singulas species; et de illa determinatur in libris *De animalibus*, in libro *De vegetabilibus et plantis*, qui libri in speciali determinant de plantis et animalibus; modo de secunda parte est ad propositum. Pro quo nota quod huiusmodi operationes vel sunt communes corpori et potentiae sensitivae, vel sunt communes corpori et potentiae vegetativae, vel sunt communes corpori et potentiae secundum locum motivae. Potentia autem motiva non utitur organo corporeo nisi ea ratione qua utitur ministerio sensus. Et sic secundum tria membra praedicta sunt tres partes principales huius determinationis. Et prima pars determinat de operationibus et passionibus communibus corpori et animae sensitivae prout se tenent ex parte corporis, et ista pars traditur in libro *De sensu et sensato*, in libro *De memoria et reminiscencia* et in libro *De somno et vigilia*. Secunda pars considerat de operationibus et passionibus corpori et animae vegetativae communibus prout se tenent ex parte corporis, et ista pars traditur in *Longitudine et brevitate vitae*, in libro *De morte et vita*, *De inspiratione et respiratione*, *De iuventute et senectute*. Tertia pars traditur *De progressu animalium* et *Causis motuum animalium*.”

sensuum — qualis debeant esse complexionis et qualiter generantur sensibilia — et si determinatur de actu sentiendi, hoc est per accidens. Similiter scientia ista est distincta a scientia libri *De anima*, quia somnus et vigilia non sunt passiones animae, sed totius corporis.

<2>

120

Liber secundus

Utrum somnium sit passio potentiae intellectivae vel sensitivae, scilicet interioris, id est sensus interioris quoad phantasiari?

151v Notandum est quod sensus communis aliquando dicitur sensitivus, aliquando phantasticus. Dicitur enim sensitivus in quantum actu movetur a sensibus ceterioribus, et secundum illos iudicat de | eorum actibus et sensibilibus. Sed dicitur phantasticus in quantum movetur a specie reservata in phantasia sensibili absente. 125

Tunc respondetur quod somnium non est passio potentiae intellectivae nec est passio potentiae sensitivae exterioris, nec est passio potentiae interioris seu sensus communis in quantum dicitur sensitivus, sed est passio potentiae sensitivae interioris seu sensus communis in quantum dicitur phantasticus. 130

125 phantasticus] fatasticus(!) *ms.* 132 interioris] in quantum *add. sed exp.*

124–128 Notandum est... absente] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 4, f. 53r–53v: “Sed dubitatur: sensus communis cognoscit actualiter, igitur non immobilitatur quoad sentire. Probatur, quia habet somnia et et(!) percipit phantasmata. Tenet consequentia, quia ex quo actualiter sentit, tunc non est immobilis ad sentire. Respondetur quod sensus communis habet duplices habitudines: unam ad sensus exteriores, et secundum illam dicitur sentire; aliam habet ad sensus interiores, et secundum illam dicitur phantasiari. Modo dicitur ad argumentum quod sensus communis in somno est ligatus quantum ad sentire, scilicet respectu sensuum exteriorum, sed non quantum ad phantasiari seu respectu sensuum interiorum. Cuius ratio est, quia sensatio ipsius sensus communis est apprehensio specierum sensibilibus sensuum exteriorum; sed talis apprehensio non potest fieri in somno, cum per organa sensuum exteriorum non possunt deferri species sensibilibus ad sensum communem; sed phantasia est apprehensio sensibilibus propter species reservatas in phantasia, et talis | potest fieri in somno.” 129–132 Tunc... phantasticus] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 4, f. 53r: “Pro quo nota. In somno omnes sensus ligantur — tam interiores quam exteriores — quia omnes sensus potentes sentire non sunt potentes sentire in somno, et ideo omnes in somno dormiunt. Vult ergo praesens quaestio quaerere utrum sensus exteriores fiant impotentes sentire propter impotentiam sentiendi sensus communis vel e converso; et hoc intelligitur proprie et principaliter. Tunc respondetur ad quaestionem quod somnus primo et principaliter est passio primi sensitivi seu sensus communis. Patet sic, quia illius sensus somnus primo et principaliter est quod immobilitatio immobilitantur omnes sensu et non oportet quod aliis immobilitatis ipse immobilitetur; sed primum sensitivum est huiusmodi. Maior patet. Minor patet, quia a primo sensitivo defluunt calores et spiritus qui sunt causa mobilisationis sensuum exteriorum, et ergo eo immobilitatio ab eo nihil defluit, et per consequens necesse est eum immobilitari. Et sic patet quod somnus convenit sensibus exterioribus propter sensum communem et eius immobilisationem, et ergo principaliter sibi convenit.”

Sed dubitaret aliquis: somnus non est passio potentiae sensitivae, quia illa est ligata in somno. Respondetur: verum est quantum ad sentire, sed non quantum
 135 ad phantasiari. Unde somnium non est passio potentiae sensitivae ut sensitivae, sed ut phantasticae. Et sic patet, quid sit dicendum ad hoc.

<3>

Utrum somnium sit apparitio phantastica facta in somno
 (virtute sensitiva interiori per species reservatas repraesentantes
 140 eidem virtuti reservativae interiori res per modum praesentialitatis)?

Respondetur: somnium est apparitio phantastica seu apparitio quae fit per species reservatas repraesentantes res ipsi potentiae sensitivae interiori. Ratio, quia somnium est passio sensus communis in quantum phantasticus, ergo est phantastica. Tenet consequentia, quia talis apparitio est actus sensus communis et non
 145 alterius potentiae.

Sed dubitaret aliquis: nullum phantasma est apparitio; somnium est phantasma; ergo... Argumentum probatur, quia nullum phantasma est cognitio. Respondetur: phantasma capitur dupliciter. Uno modo pro specie reservata in phantasia, et sic phantasma non est apparitio nec illo modo phantasma est

134 est] ad sentire *add. sed exp.* 139–140 virtute... praesentialitatis] *marg. sin.* 141 apparitio] aperitio(!) *ms.* 142 reservatas] reservas(!) *ms.* 144 talis] actus *add. sed exp.*

136 quid sit... hoc] *Vide supra, adn. 37–40.* 141–145 Respondetur... potentiae] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 11, f. 65r–65v: “Pro quaestione nota. In somno potest fieri quadruplex apparitio. Prima per sensus exteriores sicut in somno imperfecto, quia imperfecte dormiens quandoque audit vel percipit sensibilia circa ipsum; et ista apparitio vocatur sensitio. Secunda apparitio fit per intellectum, quia saepe in somno sillogisamus et formamus intellectiones; et talis apparitio est intellectus. Tertia apparitio fit in somno per species reservatas in organo reservativo repraesentantes res potentiae sensitivae interiori per modum praeteritionis; et talis apparitio est memoria, ut quando homo iudicat in somno quod ipse vidit patrem suum vel sororem. Quarta apparitio fit per species reservatas repraesentantes res ipsi potentiae sensitivae interiori, et hoc per modum praesentialitatis, vel saltem sine differentia temporis; et talis proprie dicitur phantastica. Tunc dicitur ad quaestionem, quod somnium est apparitio phantastica seu apparitio quarto modo. Patet, quia somnium est passio | sensus communis in quantum phantasticus, ut patuit, ergo est apparitio phantastica. Tenet consequentia, quia talis apparitio est actus sensus communis et non alterius potentiae. Ex istis patet definitio somnium, ista scilicet: somnium est apparitio phantastica facta in somno, ubi ‘apparitio’ ponitur tamquam genus, et ponitur ‘phantastica’ ad differentiam aliarum trium apparitionum, scilicet sensualis, intellectualis et memorativae, quae non sunt somnium (quia sunt verae et non falsae, cuiusmodi est somnium interdum), et ponitur ‘facta in somno’ ad differentiam apparitionis phantasticae quae fit in vigilia.”

apparitio. Alio modo capitur pro cognitione vel apparitione causata per species reservatas, et illo modo somnium est phantasma, et tale phantasma est cognitio. 150

Notandum est. Non omnis apparitio in somno est somnium, sed solum apparitio phantastica, quia quaedam est apparitio intellectiva.

<4>

Somnium est apparitio phantastica secundum se facta in somno. Divinatio 155
est praenoscitatio futurorum propinquorum per apparitionem, et dicitur quasi divina inspicio; prophetia — futurorum remotorum, vel alias: supernaturalium.

157 inspicio] inspiatio *ms.*

146–151 Sed dubitaret... cognitio] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 11, f. 65v: “Sed dubitatur: nullum phantasma est apparitio; sed somnium est phantasma; igitur non est apparitio. Maior patet, quia nullum phantasma est cognitio, igitur nullum phantasma est apparitio. Tenet consequentia a superiori negato ad inferius, quia apparitio est inferius ad hoc quod est cognitio. Item, si sic, sequeretur quod numquam somniaremus de illis de quibus prius non sentiebamus. Consequens falsum ad experientiam. Sed consequentia tenet, quia somnium est apparitio phantastica. Sed talia cum prius non fuissent sensata, non apparent phantastica. Nota. Phantasma potest capi dupliciter. Uno modo pro specie reservata in phantasia. Alio modo potest capi pro cognitione sive apparitione causata per species reservatas, et isto modo somnium est phantasma, et tale phantasma est cognitio. Et si dicitur quod tunc phantasma cognosceret, dicitur quod non, quia illo modo phantasma non est in phantasia, sed in sensu communi. Et sic patet primum argumentum. De secundo dicitur: licet somnia non possunt fieri sine phantasmatibus, tamen non oportet quod illorum phantasmata sint reservata, sed aliqua possunt appetere in somno per species aliorum prius collectas, verbi gratia aliquis potest somniare seu videre aureum montem non quia eius species prius collegit, id est reservavit, sed ex eo quia prius sentit aurum et montem et eorum species reservat, sed illis repraesentatis sensui communi qui sensus communis potest eas componere et dividere, et sic apparebit aureus mons.” 152–153 Notandum... intellectiva] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 11, f. 65v–66r: “Item dubitatur: aliquid est somnium quod non est apparitio phantastica. Patet de illis quae non sunt phantasiabilia, ut sunt intelligentiae. Item, aliqua sunt somnia quae sunt ex humoribus superfluis in corpore; sed talia non sunt apparitiones phantasticae. Minor patet, quia non sunt causata ex phantasmatibus. Sed maior patet in littera. De primo respondetur quod | illorum quae non cadunt sub sensu proprie non est somnium nec apparitio phantastica, licet bene sit apparitio intellectiva. Ex isto apparet quod non omnis apparitio in somno est somnium, sed solum phantastica. De secundo dicitur quod PHILOSOPHUS in littera noluit dicere quod somnium veniret ab illis humoribus simpliciter et principaliter, sed magis a speciebus reservatis; sed voluit quod illi humores augmentant <...> somnia, sed hoc non fit sine speciebus.” 155–157 Somnium... supernaturalium] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 14, f. 69r, 69v: “Item, sequeretur quod somnium non differat a divinatione vel a prophetia. Patet, quia idem est praevидere futura et divinare, et prophetisare. [...] Sed de tertio dicitur quod non est idem subiectum(?) divinatio et prophetia, sed differunt, quia somnium est apparitio phantastica secundum se; sed divinatio est praenoscitatio futurorum propinquorum per apparitionem, et dicitur quasi divina inspicio; prophetia vero est futurorum remotorum, vel alias: supernaturalium.”

<5>

Utrum pueri et bruta quandoque debeant somnare?

160 Nota. Duplex est somnium, scilicet perfectum et imperfectum. Perfectum, quando species distincte et sine impedimento repraesentant suas res; imperfectum vero per oppositum.

165 Tunc respondetur quod pueri et bruta somniant somnio imperfecto. Ratio, quia in pueribus sunt multi motus et evaporationes species confundentes et somnia distorta faciunt. Ratio secundi, quia communiter habent nutrimentum grossum fumale et organum reservativum indispositum, et virtutem cognoscitivam imperfectam, igitur etc.

<6>

Utrum semper in somno debeant fieri somnia
vel aliquando et aliquando non?

170

Respondetur quod aliquando et aliquando non, quia aliquando in somno meatus non sunt quieti, sed in ipsis fiunt magni motus vaporum nutrimenti turbantes et impediens species, ut non possunt movere sensum communem. Aliquando huiusmodi meatus sunt occupati fumis impediens species, et tunc non fiunt
175 somnia.

<VI>

CONDICIONES VIVENTIUM

Sunt autem quae communia sunt animae et corpori, scilicet vita, sensus, memoria, timor, desiderium, appetitus, gaudium et tristitia, spes et dolor. Cum hiis
180 autem sunt alia quae omnibus animalibus fieri insunt, sicut vigilia et somnus, iu-

177 CONDICIONES] conditiones *ms.*

160–162 Nota... oppositum] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 13, f. 68 r: “Pro quaestione nota. Duplex est somnium, scilicet perfectum et imperfectum. Perfectum, quando species distincte et sine impedimento repraesentant suas species. Imperfectum vero per oppositum.” 163–167 Tunc... etc.] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 13, f. 68 r: “Tunc dicitur ad quaestionem quod pueri et bruta quandoque somniant somnio imperfecto, non autem perfecto. De pueris patet, quia in ipsis sunt multi motus et evaporationes species confundentes et somnia distorta facientes, igitur etc. De brutis patet, quia communiter habent nutrimentum grossum fumale et evaporabile, et organum reservativum indispositum, et virtutem cognoscitivam imperfectam, igitur etc.” 171–175 Respondetur... somnia] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De somno*, qu. 12, f. 66r: “Et respondetur quod aliquando et aliquando non. Patet sic, quia aliquando in somno sunt causae sufficientes ad somnandum, et ideo tunc fit somnium. Argumentum patet, quia aliquando phantasmata sunt satis fortia et quandoque meatus inter phantasiam et sensum communem sunt satis quieti et satis a fumis et vaporibus denudati, ita quod species possunt sine impedimento transire ad sensum communem, ut sunt causae sufficientes somni. Aliquando vero in somno meatus non sunt quieti, sed in ipsis fiunt magni motus vaporis nutrimenti turbantes et impediens species et non possunt movere sensum communem ipsae species. Aliquando etiam huiusmodi meatus sunt occupati fumis impediens species, igitur tunc non fiunt somnia.”

ventus et senectus. Hae autem insunt aliquibus, sicut respiratio, exspiratio, mors et vita.

<VII>

SEQUITUR LIBER *De sensu et sensato* ETC.

152r

SEQUITUR LIBER *De sensu et sensato*

185

<1>

Notandum est. Organum olfactus est quaedam subtilis cartago situata in extremitate nasi iuxta cerebrum. Unde per nasum sunt duo meatus procedentes ad anteriorem partem cerebri, et per illos meatus intrant seu multiplicantur species odoris ad illud organum, scilicet ad cartaginem. Et tales sunt duae sub oculis ad modum mamillarum. Et ideo habentes nimiam structuram in naso sunt mali odoratus sicut habentes nasos simos.

190

Quare canes subtilius odorant? Quia olfactus ipsorum magis elongatus est a frigiditate cerebri. Et tale organum non est de natura ignis, sed est de natura aquae vel aeris.

195

Medium olfactus: aer vel aqua.

181 Hae] haec *ms.* 187 cartago] *forsitan rectius* cartilago 190 cartaginem] *forsitan rectius* cartilaginem 193 Quare] quoniam *ms.* 196 Medium... aqua] *marg. dex.* 196 olfactus] vapor *add. sed exp.*

178–182 Sunt... vita] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 1, f. 2r: “Pro quo nota. Operationes et passiones corporis et animae sunt sensus seu sensatio, memoria, desiderium, gaudium, ira, tristitia, appetitus, et huiusmodi. Et dicuntur operationes corporis et animae in quantum ab eis fiunt. Sed dicuntur passiones in quantum ab eisdem recipiuntur. Et dicuntur communes eisdem, quia ambobus sunt communes. Nam quaedam istarum passionum insunt animae per corpus, ita quod incipiunt in corpore et terminantur in anima, ut sensatio, somnus. Et quaedam ex eis insunt corpori per animam, sicut memoria et reminiscentia.” 187–192 Notandum est... simos] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 16, f. 24r: “Notandum est. Organum olfactus est quaedam subtilis cartilago situata in extremitate nasi iuxta cerebrum. Unde per nasum sunt duo meatus procedentes ad anteriorem partem cerebri, et per illos meatus intrant sive multiplicantur species odoris ad illud organum. Et ideo habentes nimiam structuram in naso sunt mali odoratus ut sunt habentes nasos simos.” 193–194 Quare... cerebri] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 16, f. 24v–25r: “Item nota. Organum olfactus in nobis non est a natura frigidus. Est tamen aliquialiter frigidus propter cerebrum, cum ipsius frigefactio impediatur olfactum, quia propter hoc homo habet peiorem olfactum quam canis, quia cerebrum hominis existens magnum infrigidat organum odoratus. Ex isto patet ratio istius problemati, quare canes sunt melioris odoratus quam homines: quia in | homine organum olfactus est valde prope circa cerebrum, et ergo indispositum est frigiditate cerebri; in cane autem propter longitudinem faciei organum magis sufficienter est elongatum a cerebro, et sic minus infrigidatur.” 194–195 Et tale... aeris] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 16, f. 24r: “Tunc dicitur ad quaestionem, quod organum olfactus non est de natura ignis a dominio, sed est de natura aeris vel aquae.”

<2>

Utrum organum gustus et tactus sint de natura terrae?

Respondetur quod sic.

200 Notandum. Organum tactus est quidem nervus per totum corpus animalis
expansus per modum rethis. Sed organum gustus est idem nervus inquantum
est expansus per linguam. Et sic pars organi tactus est organum gustus et tactus,
quamvis alia et alia dispositione. Et iste nervus principaliter et originaliter pro-
cedit a corde. Cuius signum est quod quanto propinquius quis leditur circa cor,
205 tanto magis dolet, et hoc ideo quia ibi magis tangitur quam alibi.

Medium gustus: humidum salivale ex<trinsecum>, sed intrinsecum: caro porosa.

Medium tactus: caro.

<3>

Utrum organum auditus sit de natura aeris a dominio?

210 Respondetur quod sic.

Notandum. In profundo aurium est quoddam mixtum involutum quadam
pellicula quae dicitur mirenga, et illud mixtum vocatur organum auditus. Et
igitur illa pellicula corrupta humidum defluit, et sit animal surdum incurabiliter.
Et de isto mixto quaerit quaestio quod sit elementum in ipso praedominans et
215 ipsum denominans.

Medium auditus: aer.

<4>

Utrum organum visus sit de natura aquae a dominio?

220 Notandum. Organum visus debet esse diaphanum — alias non reciperet species
lucis. Sed solum quattuor sunt corpora diaphana, scilicet corpus caeleste, ignis,
aer, aqua. Et sic dicitur quod oculus inquantum <est de natura alicuius simplicis

200 quidem] *forsitan rectius* quidam 202 est] *rep.* 203 originaliter] *oliginaliter(!) ms.*
206 humidum] *aqueum add. sed exp.* 206–207 Medium... caro] *marg. dex.* 209 domi-
nio] *domino ms.* 214 praedominans] *praedonans ms.* 216 Medium... aer] *marg. dex.*
218 dominio] *domino ms.*

200–205 Notandum... alibi] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 17, f. 26r: “Pro intel-
lectu quaestionis nota. Organum tactus est quidam nervus per totum corpus extensus ad modum
rethis. Sed organum gustus est quidam nervus inquantum est expansus per linguam. Et sic pars
organi tactus est organum gustus, quamvis sub alia et alia dispositione. Et iste nervus, quamvis
sit expansus per totum corpus, originaliter tamen et principaliter a corde procedit. Cuius signum
est quod quanto aliquis leditur propinquius circa cor, tanto pars magis dolet. Et ratio est, quia
in corde magis tangitur quam alicubi.” 211–215 Notandum... denominans] Cf. NICOLAUS
TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 15, f. 22r: “Pro quo nota. In profundo aurium est quoddam mix-
tum involutum in quadam pelliculam quae dicitur mirenga, et illud mixtum vocatur organum
auditus. Et ideo illa pellicula corrupta tale mixtum defluit, et fit animal surdum incurabiliter. Et
de isto mixto quaerit quaestio quod sit elementum in ipso praedominans et ipsum principaliter
denominans.”

elementi> est a dominio aquae, sed in quantum est mixtum, est de natura terrae a dominio.

Item. Verum organum visus est quidam nervus opticus, ad quem nervum concurrunt ambo nervi de duobus oculis per modum cancellationis. Et sic in illo nervo uniuntur species receptae a duobus oculis, et unitae multiplicantur usque ad sensum communem. Et illa est ratio quare unum visibile visum duobus oculis non iudicatur esse duo nisi tunc unus oculus elevetur aliquantulum super reliquum, ita species non unirentur in nervo optico, sed dispersi multiplicentur ad sensum communem, ubi completur iudicium visus etc.

Medium visus: lucidum.

222 dominio] domino *ms.* 223 dominio] domino *ms.* 231 Medium... lucidum] *margin. dex.*

219–223 Notandum... dominio] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 13, f. 20v–21r: “Pro intellectu quaestionis nota. Organum sensus alicuius esse de natura elementi alicuius potest intelligi dupliciter. Uno modo quod sit de natura alicuius simplicis elementi. Alio modo quod tale organum sit quoddam mixtum in quo dominetur tale vel tale elementum. Primo modo nullum organum alicuius sensus est de natura alicuius elementi, eo quod nullum purum elementum posset esse animatum propter discrepantiam qualitatum. Sed secundo modo quodlibet organum, immo quodlibet mixtum, debet esse de natura alicuius elementi a dominio, ut patet per COMMENTATOREM primo *Caeli*. Tunc dicitur ad quaestionem, quod secundo modo capiendum esse de natura alicuius elementi a dominio organum visus est de natura aquae a dominio. Probatur sic ratione et signo. Ratione sic: organum visus debet esse diaphanum — alias non reciperet species lucis; sed solum quattuor sunt corpora diaphana, scilicet aqua, aer, ignis et corpus caeleste; ergo organum visus debet esse de natura alicuius istorum. Sed quartum non potest dici quod corpus caeleste non ingreditur compositionem inferiorum nec habet rationem mixti, nec est corruptibile, ut oculus. Nec potest dici tertium, quia tunc male situaretur circa cerebrum, quia ratione contrarietatum ipsum ignem corrumpere. Etiam quia ignis est nimis activus, et sic vicinum corpus consumeret. Nec potest dici secundum, quia aer non est bene servabilis, quia faciliter mobilis est. Relinquitur ergo primum, scilicet quod sit de natura aquae. Signo autem probatur sic, quia si tunica oculi figatur, defluit humor aqueus. Secundum signum | est, quia aliquis oculus non appareret fulgere, cum fulgor causetur ex humido. Tertium signum, quia oculus situatus est prope cerebrum, quod est conveniens aquae, cum cerebrum sit frigidum et humidum. Quartum signum, quia inspecto Sole aut alio forti visibili ab oculo scillat aqua, ergo sequitur quod organum visus est de natura aquae a dominio.” 224–230 Item. Verum... etc.] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 14, f. 21v: “Et respondetur ex littera PHILOSOPHI quod fit in profundo interius et non in extremitate ipsius oculi. Unde dicit MARSILIUS quod verum organum visus est quidam nervus opticus, ad quem nervum concurrunt ambo nervi de duobus oculis per modum cancellationis. Et sic in illo nervo uniuntur species receptae a duobus oculis, et sic unitae multiplicantur usque ad sensum communem. Idem etiam dicit dominus ALBERTUS quod visio fit interius in contactu nervorum opticorum procedentium a cerebro. Et ratio huius, quia si fieret in extremitate, tunc quaelibet una res appareret duae et haberemus duo principia(?) visiva, quod est falsum. Ex quo apparet etiam ratio quare est cum habeamus duos oculos quod una res non apparet duae res.”

<5>

Utrum qualitates sensibiles sint in infinitum divisibiles?

235 Nota. Qualitates sensibiles sunt qualitates de tertia specie qualitatis, et illarum quaedam sunt primae — caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, quae sunt obiectum tactus — aliae sunt secundae, quae causantur ex primis, ut sunt odor, qui est obiectum olfactus, sapor — gustus, color — visus, sonus — auditus.

<6>

Utrum contingit plura sensibilia simul sentire.

240 Nota. Duplicitia sunt sensibilia: communia et propria.

Respondetur: contingit ab eodem animali plura simul sentire sensu exteriori simultate temporis tam de eodem genere sensibilibus, quam de diversis. Ratio primi, quia quando videmus albedinem et nigredinem, tunc ponimus differentiam inter illa, quod non esset si non viderentur simul illa. Dicitur ‘sensu exteriori,’ quia de interiori non est dubium etc.

245 | Nota. Non semper contrariorum contrariae sunt causae. Patet de caliditate et frigiditate, quia ambae inducant; sic visus percipit diversos colores per species oppositas.

152v

243 primi] quando *add. sed exp.*

234–237 Nota. Qualitates... auditus] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 29, f. 40v–41r: “Pro quaestione nota. Qualitates sensibiles sunt de tertia specie qualitatis, propter quod PHILOSOPHUS in littera vocat eas passiones. | Et illarum quaedam sunt primae, sicut humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas, quae sunt obiectum tactus. Aliae vero secundae, quae causantur ex primis, ut sunt odor, qui est obiectum olfactus, sapor qui est obiectum gustus, color — visus, sonus — auditus.” 240 Nota... propria] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 31, f. 42v: “Item nota. Duplicitia sunt sensibilia, scilicet propria et communia. Propria adhuc sunt duplicia. Quaedam sunt eiusdem generis et sunt illa quae ab eodem sensu exteriori percipiuntur, sicut color albus vel niger. Alia sunt diversorum sensuum et sunt illa quae non uno sensu percipiuntur, sed pluribus, sciunt albedo et sonus.” 241–245 Respondetur... etc.] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 31, f. 42v: “Tunc dicitur ad quaestionem multipliciter. Primo: possibile est plura sensibilia eiusdem generis sentiri ab eodem sensu exteriori. Patet, quia alias non possemus ponere differentiam inter sensibilia eiusdem et diversi generis, quod est falsum. Sed consequentia tenet, quia aliqua virtus ponens sibi simul unam differentiam inter duo cognoscit illam differentiam; et quamvis sensus communis iudicet illam differentiam, hoc tamen facit mediante sensu exteriori; et ergo si sensus interior simul illa cognoscit, tunc et exterior simul illa percipit; etiam tunc homo videt differentiam(?) nigram non videndo albedinem papi, quod est falsum. Secundo dicitur quod possibile est plura sensibilia diversorum generum simul percipi a diversis sensibus exterioribus. Patet, quia omnes potentiae habentes organa distantia non se impediunt possunt simul exercere suas operationes; sed omnes sensus sunt potentiae habentes organa distincta; igitur omnes sensus possunt simul exercere suas operationes. Et tales operationes sunt sentire, ergo animal potest simul videre colorem et audire sonum. Tertio dicitur quod sensibilia diversorum generum principaliter et proprie non possunt simul percipi ab eodem sensu exteriori. Patet, quia sic tunc aliquis sensus iudicaret de proprio sensibili alterius sensus, quod est contra PHILOSOPHUM quinto *De anima*. Patet consequentia, quia sic visus videret simul colorem et sonum, quae sunt sensibilia distincta. Quarto dicitur quod possibile est ab eodem sensu interiori percipi plura sensibilia simul diversorum generum.”

<7>

Utrum boni odores conferant ad sanitatem cerebri?

250

Notandum est. Duplex est odor, scilicet consequens seu concomitans nutrimentum, ut odor panis, carniū; alius est non consequens nutrimentum, ut odor floris, ut rosae et aliorum.

Secundo nota quod quaestio debet intelligi de cerebro infirmo et indisposito, et extra debitum temperamentum existente, ut sit sensus quaestionis: utrum cerebrum existens infirmum et indispositum, et extra debitum temperamentum per bonos odores et temperatos posset reduci ad debitum temperamentum.

255

Tunc respondetur quod sic, maxime de odoribus non cibalibus seu non consequentibus nutrimentum. Ratio, quia homines delectantur in bonis odoribus nutrimentum non consequentibus et non frustra, igitur... Etiam quia per tales cerebrum reducitur ad debitum temperamentum, quia habent vim calefactivam et desiccativam temperate, quae fiunt in sicco temperato et digesto, igitur per huiusmodi vim frigiditatem et humiditatem cerebri reducunt ad debitum temperamentum.

260

<8>

265

Sed dubitaret aliquis: memoria et aliae virtutes non senescunt. Patet, quia corpus componitur ex elementis, et elementa sunt aeterna, quia non senescunt. Respondetur, quod elementa in suis sphaeris sunt aeterna, sed in mixtis non sunt aeterna.

Similiter si dicitur: materia est aeterna, igitur et compositum ex materia et forma est aeternum, scilicet corpus. Tenet consequentia, quia partes sunt aeternae, igitur et totum. Respondetur: materia prima est aeterna, sed non formis informata. Et sic est aeterna entitative et non subiective.

270

250 boni] uni *ms.* 267 non] *ses add.*

251–253 Notandum... aliorum] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 21, f. 37v: “Pro quaestione nota. Duplex est odor realis. Quidam conveniens nutrimentum, ut est odor panis, carniū vel vini, et sic de aliis. Alius est nominis(!) habens nutrimentum, sicut est odor floris et rosarum.” 254–257 Secundo... temperamentum] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 21, f. 37v: “Item nota. Quaestio debet intelligi de bonis odoribus temperatis et bene proportionatis, et debet intelligi de cerebro infirmo et non bene disposito. Et secundum hoc quaestio vult quaerere: utrum si cerebrum sit infirmum vel indispositum, scilicet quod sit extra debitum temperamentum, an tunc per bonos odores et temperatos posset reduci ad debitum temperamentum.” 258–264 Tunc... temperamentum] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De sensu*, qu. 21, f. 37v–38r: “Tunc respondetur ad quaestionem quod sic ad sensum iam dictum, et maxime intelligendo de odoribus non convenientibus nutrimentum. Probatur sic, quia homines delectantur in bonis odoribus nutrimentum non convenientibus et non frustra, igitur illi odores sunt ordinati ad aliquam humanam utilitatem. Et non videtur aliqua alia nisi quod confertant(!) sanitatem cerebri, igitur etc. | Etiam quia medici quandoque dant poma odorifera infirmis, et hoc non est nisi ut cerebrum per ipsa reducatur ad debitum temperamentum, etiam quia odores boni habent quandam vim calefactivam et desiccativam temperate, et fiunt in sicco temperato et digesto, ut patet ex dictis, ergo per huiusmodi vim frigiditas et humiditas cerebri reducuntur ad debitum temperamentum.”

<VIII>

275

<LIBER *De memoria et reminiscentia*>

<1>

Memoria capitur quattuor modis. 1. Pro virtute memorativa principali, et est ipsa animamet. 2. Pro actu memorandi. 3. Pro phantasmate in organo reservato. 4. Pro virtute taliter reservativa phantasmatum.

280

<2>

Utrum reminiscentia distinguitur a memoria?

285

Reminiscentia est alicuius obliti partialiter per memoriam investigatio. Sed memoria est quaedam potentia animae reservativa specierum sensatarum cum intentionibus actuum sentiendi et temporis in posteriori parte cerebri ordinata. Et illo modo non capitur in proposito, quia sic homo habet memoriam a principio nativitatis, et ergo talis memoria non semper esset praeteritorum. Secundo modo capitur pro actu memorandi, et ita capitur in proposito. Et ad talem actum

287 proposito] quia sic homo habet memoriam *add. sed exp.*

277–279 Memoria... phantasmatum] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De memoria*, qu. 2, f. 45v: “Pro quaestione nota. Memoria aliquando accipitur pro potentia sive virtute habente organum in posteriori parte capitis. Et communiter describitur sic: memoria est potentia animae reservativa specierum sensibilium cum intentionibus actuum sentiendi et tempore; et illa virtus non cognoscit, licet continue — tam vigilando quam dormiendo — in ea sunt species sensibiles. Secundo accipitur pro actu memorandi, qui est duplex. Unus vocatur species vel intentio reservata in illa virtute memorativa (et dicitur activa, quia actuat et informat illam virtutem; potest etiam dici habitus, quia talis species vel intentio est firma vel habet firmam impressionem in illa virtute, et ideo dicitur difficulter mobilis). Et propter illam speciem vel virtutem dicimus aliquem memorari de multis de quibus nihil cogitat, quia talia non est oblitus(!). Secundus actus: apprehensio qua quis iudicat se alias aliquid audisse, vidisse vel intellexisse. Iste autem actus est cognitio actualis; primus vero est habitualis subiective existens in virtute cognoscitiva et non memorativa, quae solum est reservativa; vocatur autem memorandi, quia provenit a specie vel intentione reservata in virtute memorativa tamquam a causa movente; et talis potest dici passio, quia cito recedit ab organo nec est diu durans.” 282 Reminiscentia... investigatio] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De memoria*, qu. 5, f. 47v–48r: “Nota. Reminiscentia est alicuius obliti partialiter per memoriam investigatio. In qua descriptione duo innuuntur requisita ad reminiscentiam. Unum quod est materiale reminiscentiae, scilicet memoratio — si enim debet fieri reminiscentia, oportet quod aliquod praeteritum apprehendatur ex quo per discursum ulterius recognoscatur oblitum. Secundo innuitur unum quod est | formale reminiscentiae, scilicet investigatio seu discursus ex memoratis ad oblita. Et secundum hoc vult PHILOSOPHUS in littera quod tres actus requiruntur ad reminiscentiam. Primus est memoratio qui se habet tamquam principium per quod reminiscimur. Secundo est processus ratiocinationem(!) ex memoratis illis adveniendum aliquod immemoratum. Tertius est inventio illius memorati sic per discursum requisiti. Et iste tertius actus dicitur reminiscentia.”

memorandi requiruntur sex, scilicet tria repraesentata et tria repraesentativa. Primum repraesentativum(!) est res alias cognita...

282–289 Sed... cognita] Cf. NICOLAUS TEMPELFELD, *In De memoria*, qu. 1, f. 44r–44v: “Pro quo nota. Memoria capitur dupliciter. Uno modo ut est quaedam passio animae reservativa specierum sensibilium cum intentionibus actuum sentiendi et temporis in posteriori parte... Et illo modo non capitur hic, quia sic capiendo memoriam homo habet eam a principio nativitatis suae, et ergo talis memoria non semper erit praeteritorum. Alio modo capitur pro actu memorandi, et ita capitur in proposito. Et ad talem actum memorandi requiruntur sex, scilicet tria repraesentata et tria repraesentativa. Primum repraesentatum est res alias cognita; secundum est actus quo illa res cognoscebatur; tertium est tempus in quo illa res cognoscebatur; exemplum: sicut dicendo: ‘memoror me vidisse Sortem’ ibi dicta tria repraesentata innuntur, quia cum dicitur ‘Sor’ innuntur res alias cognita, sed cum dicitur ‘vidisse’ innuntur actus quo cognoscebatur talis res, scilicet actus visionis, et tempus in quo cognoscebatur, scilicet praeteritum. Etiam tria requiruntur repraesentativa. Primum scilicet species sensibilis non intelligibilis repraesentativa rei alias cognitae; secundum est repraesentativum actus quo illa res sunt cognita; tertium est repraesentativum temporis praeteriti in quo illa res fuit alias cognita. Et sine istis sex non contingit fieri memoriam.”

BIBLIOGRAPHY

I. Primary sources

a) Manuscripts

ANONYMUS, *Puncta ex Commentario Nicolai Tempelfeld de Brzeg in "Parva Naturalia" Aristotelis*, Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 1946, f. 150v–152v.

ANONYMUS, *Puncta ex variis commentariis*, Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 704.

ANONYMUS, *Puncta pro gradu baccalaureatus et magisteri*, München, Bayerische Staatsbibliothek, cod. Clm 2971.

NICOLAUS TEMPELFELD DE BRZEG, *Quaestiones super "Parva naturalia" Aristotelis*, Kraków, Biblioteka Jagiellońska, cod. BJ 2097, f. 1r–102v.

b) Editions of texts

ARISTOTELES, *De iuventute*, Aristoteles Latinus Database (BREPOLiS).

ARISTOTELES, *Meteorologica*, Aristoteles Latinus Database (BREPOLiS).

Metryka Uniwersytetu Krakowskiego z lat 1400–1508, edited by A. Gąsiorowski, T. Jurek, I. Skierska, vol. 1, Kraków: Towarzystwo Naukowe Societas Vistulana, 2004.

Najstarsza księga promocji Wydziału Sztuk Uniwersytetu Krakowskiego z lat 1402–1451, edited by A. Gąsiorowski, T. Jurek, I. Skierska, Warszawa: Instytut Historii Polskiej Akademii Nauk, 2011.

II. Secondary sources

Catalogus codicum manuscriptorum medii aevi qui in Bibliotheca Jagellonica Cracoviae asservantur, edited by M. Kowalczyk, A. Kozłowska, M. Markowski et alii, vol. 5, Gdańsk – Wrocław – Warszawa – Kraków: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Instytut Filozofii i Socjologii Polskiej Akademii Nauk – Biblioteka Jagiellońska, 1993.

KOWALEWSKA, M., *Quaestiones super octo libros "Physicorum" Aristotelis secundum Benedictum Hesse de Cracovia. Editio critica. Liber I*, (Acta Mediaevalia, 6), Lublin: KUL, 1989.

MARKOWSKI, M., *Burydanizm w Polsce w okresie przedkopernikańskim. Studium z historii filozofii i nauk ścisłych na Uniwersytecie Krakowskim w XV wieku*, (Studia Copernicana, 2), Wrocław – Warszawa – Kraków – Gdańsk: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Wydawnictwo Polskiej Akademii Nauk, 1971.

MARKOWSKI, M., WŁODEK, Z., *Repertorium commentariorum medii aevii in Aristotelem Latinorum quae in Bibliotheca Jagellonica Cracoviae asservantur*, Wrocław – Warszawa – Kraków – Gdańsk: Zakład Narodowy im. Ossolińskich – Wydawnictwo Polskiej Akademii Nauk, 1974.

- PALACZ, R., "Z problematyki badań nad filozofią przyrody w XV w. Część I," *Studia Mediewistyczne*, vol. 11 (1970), p. 73–109.
- WIELGUS, S., *Benedykta Hessego "Quaestiones super octo libros 'Physicorum' Aristotelis."* *Wstęp do edycji krytycznej*, Lublin: Redakcja Wydawnictw KUL, 1983.
- WISZNIEWSKI, M., *Historia literatury polskiej*, vol. 3, Kraków: nakładem autora, 1841.

PUNCTA EX COMMENTARIO
NICOLAI TEMPELFELD DE BRZEG IN
PARVA NATURALIA: EDITIO CRITICA

S U M M A R Y

Codex BJ 1946, held in the Jagiellonian Library of Krakow, is an important source for studies on teaching in Krakow in the 15th century. The main part of its content is the so-called *puncta* which belong to a peculiar genre of scholastic literature noted for its extremely unelaborate form. Although little is known about *puncta*-commentaries from secondary literature, it seems they were written by scholars for at least three purposes. Some of them were composed in order to present a register of issues necessary for exams, playing the role of *syllabuses*. Another type of *puncta* is supposed to be a workbook and such texts were often a revised edition of a lecturer's commentary. Finally, some texts called *puncta* are excerpts from other works, only slightly altered and revised by their authors. Despite differences in the purposes of their origin, all *puncta* have an obvious common feature: they are abbreviated and in some way revised versions of earlier works. The case of the *Puncta in Parva Naturalia* here was preserved in cod. BJ 1946, a fundamental text for which was a commentary by Nicolas Tempelfeld of Brzeg.

KEYWORDS: *Puncta*; *Parva naturalia*; Nicolas Tempelfeld of Brzeg; the University of Krakow in the 15th century

SŁOWA KLUCZE: *Puncta*; *Parva naturalia*; Mikołaj Tempelfeld z Brzegu; XV-wieczny Uniwersytet Krakowski